

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1741

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546628

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628> | LOG_0173

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT TRIGESIMUM XXXVI. HOOFSTUK.
SEX TUM.*Arbor Excacans, Caju Matta Buta.*

Nunc tales subsequuntur arbores, quæ nocivum seu purgans fundunt lac, inter quas excellit noxia illa arbor, quæ vulgo *Blindbout* seu excacans & lactescens arbor vocatur, & tanquam species *Lathyrus arbore-scentis* habetur, ac terror est omnium nautarum, qui emittuntur ad lignum pro foco cadendum, ac toties decipiuntur, quum imprudenter ac ruditer hanc tractant.

Arbor autem est inelegans, trunco incurvo inclinans, nodosa, fissa, plena foveis ac cavitatibus; tam simplici quam variis excrescentis stipitibus, quæ autem simplicem habet truncum, supra litus inclinatur, adeoque ipsi inhæret, ut reptando quis sub ea transire modo possit, prætereaque ejus radices per litus terra plerumque denudatæ decurrunt, quo autem magis sit denudata, incurva, & excavata, eo pluribus pollet viribus: Ramis etiam suis ac foliis eo magis prætereuntes allicit, quæ elegantia, glabra & splendentia sunt, minores rami elegantes sæpe formant arcus & circinnos in circulum dispositos, qui varios ad latius undique emittunt furculos; Dividitur in marem & feminam forma non multum differentes, excepto quod prior tantum flores, posterior flores ac fructus proferat.

Primo itaque mas ramos gerit & furculos glabros, fusco & aequali cortice obductos, folia cum illis Pyri conveniunt, quatuor pollices longa, ultra binos digitos lata, in obtusum apicem desinentia, glabra, crassa, splendentia, fragilia, tenuibus transversalibus venis pertexta, quæ vix digitis percipi possunt, ac prope oras in sinus concurrunt, horum oræ sunt serratæ seu rarius nec profunde dentatæ, quod uno magis apparet tempore quam altero, pluviosus enim mensibus sunt crassiora, magis splendentia, rariusque serrata, maris autem plerumque magis dentata sunt quam feminæ. Sine ordine brevibus insident pedunculis circa ramos, vetustiora rubescunt instar ignis, ac sensim decidunt, ita ut tota sæpius arbor iis sit denudata.

Ex foliorum alis parvi excrescunt floriferi Juli uti in Corylo, minorem digitum longi, culmum crassi, coloris ex viridi flavescentis, hi obteguntur flosculis muscosis, plurimum constructis ex brevibus ac pallidis staminibus cum antheris luteis, tribus simul junctis, nullam floris formam præbentibus, quæ si per mensem arborem ornarunt, emarcescunt, ac sine fructibus decidunt, ita ut hæc species sterilis penitus sit, uti *Trugi Perda Salix*.

Secundo; femina ramorum corticem gerit cinereum magisque rugosum, uti & plerumque arbor ipsa pluribus obfita est nodis ac tuberculis: Folia vix ab illis maris dignosci possunt, qui autem adcurate illa observat, feminæ videbit folia longiora & molliora, rariusque dentata, nec ita glabra aut læte virentia ac maris, magisque ab utraque parte angustata, illorumque apex magis incurvus est: ex illorum alis itidem Juli excrescunt parvi læte virentes, sed multo breviores quam præcedentis, in nullos notabiles flores sese aperientes, parvis viridibus constantes capitulis, quæ in fructus excrescunt. Hi parvis ex racemis dependent plures simul brevibus ac tenuibus ex pedunculis, suntque bacca trigona, trifidula, ac triquetra, quodvis vero harum tuberculum sulco intermedio divisum est, exterius autem glabræ sunt & ex cæruleo virescunt, magnitudinem Capparidum habentes, superius tricuspide acuta notatæ, instar *Ricini* fructuum, quorum formam, ut & *Lathyrus* seu *Cataputia minoris*, ita exacte referunt, ut primo intuitu pro iis haberentur, ac sine dubio ejus species arbore-scentis videtur. Intus tres cellulæ apparent, inque singula continetur officulum seu faba, magnitudine fructus *Catjang* h. e. *Phaseoli Indici minimi*; *Ricini* feminibus simillima, glabra, striisque nigris notata, sed multo minor, intusque repleta medulla alba.

Fructus

Kape-Mata-Boeta-Boom, of de Boom der blinde oogen.

NU volgen eenige boomen, die een schadelijke of purgerende melk geven, waar onder uitmunt dien batelyken gast, die men in 't gemeen blind-bout, of melk-boom noemt, en den welken men voor een *Lathyrus arbore-scentis* zoude houden, den schrik van alle Matroozen, die uitgesonden zynde, om brant-bout te kappen, zo dikwils met dezen boom bedroogen werden, als zy hem onvoorzigtelyk bandelen.

Het is een lelyken boom, van stam krom, overhangende, knoestig, gescheurt, vol kuilen en hollekens, zo wel met enkelde, als met verscheide stammen opschietende, doch de enkelde hangen meest voor over op strand, en zo laag, dat men daar onder door moet kruipen, staande daar en boven de wortelen boven het strand meest bloot, doch hoe blooter, krommer, en holder hy staat, hoe meer deugden men van hem heeft. Met zyne takken en bladeren lokt hy de voorbygaande zo veel meer aan, dewelke fraai, glad, en effen zyn, de kleine takjes maken ook zomtyds rare bogten, en krullen haar in een volkomen kring, met verscheide scheutjes aan de kanten. Hy werd verdeelt in *Manneken* en *Wyfken*, aan gedaante niet veel van malkander verschillende, bebalven dat de eerste alleen maar bloemen, en de andere bloemen en vruchten draagt.

Eerstelyk, Het *Manneken* heeft gladde takken en ryskens, met een bruine en effene schorsse bekleed, de bladeren gelyken die van den *Peere-boom*, vier duimen lank, ruim twee vinger breed, met een stompe spits, glad, dik, glinsterende, breeksaam, met fyne adertjes overdwars doorregen, die men pas voelen kan, en digt by de kanten met zoompjes t'zamenloopen, de kanten zyn getand of geschaard, doch niet diep en wyd van malkander, welke schaarden men op eene tyd meer ziet, dan op de andere, want in de reegen-maanden zynze voller, glimmender, en met weinig schaarden; zo zyn ook doorgaans die van het *manneken* meer getand, als die van het *wyfken*. Zy staan op korte steelen, zonder order rondom de takken, in den ouderdom werdenze vuur-root, en vallen allenkskens af, makende den boom dikwils geheel kaal.

Uit den schoot der bladeren komen kleine kattedekens, gelyk aan de *Hafelaren*, een pink lank, en een stroo-balm dik, groen-geel van couleur, en bedekt met een klein mosachtig bloetzel, meest bestaande uit korte en bleke draatjes, met geele nopjes, drie en drie by malkander staande, zonder gedaante van bloempjes, dewelke na datze zo een maand aan den boom gepronkt hebben, opdroogen, en zonder vruchten afvallen, zo dat deze zoorte onvruchtbaar is, gelyk de *Trugi Perda Salix*.

Ten tweeden, het *Wyfken* heeft een graauwen en ruigere schorsse aan zyne takken, gelyk ook den boom doorgaans met meer bobbelen bezet is. De bladeren zyn qualyk van het *manneken* te onderscheiden, doch die'er naauw oplet, zal van het *wyfken* wat langer en weeker bevinden, ook weider gezaagt, en zoglad nog blyde-groen niet, als het *Manneken*, achter en vooren smalter, en de spits wat omgeboogen, daar komen ook uit baren schoot kleine licht-groene kattedekens, doch veel korter, dan de voorgaande, haar in geen merkelyk bloetzel openende, met kleine groene knopjes bezet, daar uit de vruchten worden: Dezelve hangen in korte trosjes by malkander, op korte dunne steeltjes, en zyn driekantige bezien, met drie vooren, en zo veel bulten gedeelt, waar van ieder bult nog een voore in de midden heeft, van buiten glad en blaauw-groen, in de grootte van kappers, boven op met een drietongig spitsje, gelyk de vruchten van de *Ricinus* hebben, deze vruchten gelyken die van *Lathyrus* of *Cataputia Minor* zo wel, dat menze ten eersten daar voor aanziet, en ook buiten twyffel een boomachtig geslacht daar van zy. Binnen ziet men drie kamertjes, en in ieder een korreltje of boontje, in de grootte van een *Catjang*, dat is, *Phaseolus Indicus minimus*, de zaden van *Ricinus* ook zeer gelyk, te weten glad, en met swarte linien geteekent, doch veel kleinder, van binnen met een wit merg uitgevult.

Gg 3

Zj

Fructus hi seu baccæ diu in arbore virefcunt ac demum ruffefcunt vel rubent, fiquæ tum radiis folaribus incalefcant, vel in loeo calido deponantur, crepitu aperiuntur & officula diffiliunt, quod & obtinet in utriusque *Cataputia* fructibus. Si ore manducantur, primo nullum notabilem exhibent faporem, fed demum fauces parum exurunt.

Ambæ hæ species copiofum fundunt lac albicans, fpiſſum, ingratum, ac naufeoſum, fi vulnerentur, ac præfertim rami & abrupta folia, quod etiam vi ejicitur, fi fortiter incidatur vel cædatur hæc arbor, adeoque nocet ac quodvis *Tithymali* lac feu fuccus, præfertim oculis, fi illos attingat, quos adeo inflammât, talique dolore tumidos reddit, ut illorum uſum quis amitteret, ni cito auxilio illis fuccurreretur.

Hoc nautæ noſtrates primis inſtitutis navigationibus experti fapius fuere cum ſuo damno, qui emiſſi ad lignum cædendum pro foco, ac in litore has arbores obvias videntes ſecuribus ſuis fortiter incidebant, fed mox profiliante lacte oculi ipſorum ita inſeſtabantur, ut tanquam furibundi per litus decurrerent, quorum & quidam viſum ſuum penitus perdiderunt.

Non ſufficit autem arbores has ſplendidas tam no-civo refertas eſſe ſucco, fed aliis inſuper incolis nocivis inhabitantur, variis in ipſarum nempe foveis feu cavitatibus nidulantur arboreæ viperæ breves, ſpecies formicarum magnarum, ac cito curſu illas perambulantium, nec non variæ apium ac Veſparum ſpecies, præfertim apes quædam parvæ in *Hiſtoria noſtra animalium*, nomine *Apiculæ* feu *Tobil* deſcriptæ, quæ non pungunt, fed magna copia in aures ac crines involant, has fapius in foveis harum arborum reperi cum copioſo ac eduli melle, oræ autem talis cavitatis obductæ erant gummi quodam nigro & reſinoſo, quod ad ignem liqueſcebat, & quodammodo odoratum erat, quod *Melicera* eſt ab hiſce apiculis conſtructa & elaborata.

Nunc pars hujus arboris viribus pollens nobis quoque deſcribenda eſt, quæ eſt ligni pinguis ac vetuſta ſubſtantia, non in corde ejus feu prope corticem ſita, fed talibus in locis inferioris trunci vel craſſarum radicum, quæ ſupra terram elewantur ac fiſſæ ſunt & denudatæ, ubi foveas ac cavitates formant quaſi excaſas; Atque hoc lignum, *Teda* dictum, quod ſpurium eſt *Agallochum*, ad radices vel ubi protuberat, externe cinereum eſt & glabrum, in foveis autem obductum eſt cortice ruſo nigricante, tanquam hiriſta pelle, qui tamen non verus eſt cortex, fed potius pellicula eſt facile ſeparanda: Interne plerumque colorem gerit ferrugineum, nunc magis obſcurum, nunc vero pallidiorem, prope oras vero, præfertim ubi radiis ſolaribus exurit, perfecte nigreſcit in foveis, eſtque binos treſve digitos craſſum hoc lignum, in denudatis vero radicibus vix craſſius cultro, arcte enim albo ac virenti adcumbit ligno: Eſtque porro durum, inſtar vitri fragile, adeoque pingue, ut abundans exſudet oleum, fi igni admoveatur, unde & facile flammam concipit, ac inſtar candelæ ardet. Si recens cædatur, dulcem, fed debilem fundit Benzoinum odorem, quem diu retinet, fi occluſum ſervetur. Rapſatum porro & carbonibus inpoſitum fortem fundit Benzoinum, & ex toſto pane mixtum odorem, immo inperiti pro Benzoino illum haberent odore, præfertim recentis ligni, quod enim per aliquot fuit adſervatum annos, multum grati perdit odoris, ejus raſura mox ſeſe convolvit, & ſibi quaſi adglutinatur, ac ſi vermes forent, ob pinguedinem, facile itidem flammam concipit, carbonibusque inpoſita denſum excitat & nigricantem fundit fumum, oculis nocivum, fi nimis iſtis adpropinquet. Lignum hoc non ſolum ſuſſimigio inſervit, fed ſemper cum *Ungui Odorato*, vel alio quovis odorato ligno mixtum, cujus odor inde exaltatur ac diutius perdurat: In ore retentum ſaporem præbet inſtar Aloës amaricantem, fed ſimul placentarum ſaporem æmulantem.

Lignum hoc tantam habet cum *Agallocho* ſimilitudinem, præfertim ſi ejus nodi ſint rariores parumque venoſi, ut vix externa forma dignoſci a ſeſe invicem poſſint. Immo plurimi Pharmacopolæ, hæc in oras delati, pro certo mihi adfirmarunt, tale lignum ſeſe in

Zy blyven lange groen aan den boom hangen, ten laaſten wordenze vaal of rootachtig, en zoze als dan de Zonne raakt, of dat menze in een warme plaatze leit, beſtenze met kraaken open, en de korrels ſpringen daar uit, gelyk de vruchten van beide *Cataputien* doen. In de mond geknaauwt, vertoonenze in 't eerſte geen zonderlyke ſmaak, maar ten laaſten brandenze wat in de keel.

Beide deze zoorten geven overvloedig een witte, dikachtige, en ten eerſten onſmakelyke, of wat brakke melk uit, als menze ieuwens quetſt, inzonderheid de takken en afgebrooken bladeren, die ook dapper om zig ſpat, als men met gewelt daar in kapt, zo ſchadelyk als eenige *Tithymalus* of *Wolfs* melk zyn mag, inzonderheid voor de oogen, alſze daar in komt, dieze zodanig ontſteekt en opſwellen doet, met groote pyn, dat men het gezigt daar van verliezen zoude, indien men niet datelyk hulpe daar tegen doet.

Dit hebben onze Matroozen by de eerſte ſcheeps-vaarden met bare ſchade dikmaals onderzonden, dewelke uitgezonden wierden, om brandhout te kappen, en op ſtrand deze boomen zo voor de hand vindende, met bare bylen daar op in kappen, ſtraks van de uitſpattende melk zodanig in de oogen geraakt wierden, datze als zinnelooze menſchen langs den ſtrand liepen, waar van ook zommige haar gezigt verlooren hebben.

Nu is het niet genoeg, dat deze boomen van zelfs zo aanzienlyk, met een ſchadelyke melk begaafd zyn, maar zy moeten daar en boven in de kuilen of daar zy hol zyn, verſcheide ſchadelyke inwoonders hebben van korte boomſlangen, een ſlag zeer groote en ſnel loopende mieren, verſcheide zoorten van weſpen, en byen, inzonderheid een ſlag zeer kleine bytjes in onze *Hiſtor. Animal.* onder den naam van *Apicula* of *Tohil* beſchreeven, dewelke niet ſteeken, maar die met meenigte in de ooren en hairen vliegen, deze heb ik dikwils in de kuilen dezès booms gevonden, met een party eetbare Honing, en de wanden van het hol bekleed met een ſwart en beſachtige gom, over het vuur ſmeltende, en eenigzints welriekende, het welk een *Melicera* is, van deze bytjes gevogt.

Nu moeten wy mede het deugdelijke deel van deze boomen beſchryven, het welk is een oude en vette ſubſtantie van het hout, niet in 't hert, nog naaſt de ſchorſſe, maar aan zodanige plaatzen van den onderſten ſtam, of dikke wortelen, die boven de aarde leggen, daar dezelve geborſten zyn of bloot ſtaan, en aldaar eenige kuilen of boligheden maken, als ofze uitgevreeten waren, dit vette hout *Teda*, het welk een baſtaard Agel-hout is, aan de wortelen, of daar het uitpuilt, is buiten graauw, en effen, maar in de kuilen is het met een ruige ſwartachtige ſchorſſe bedekt, als met een hairen vel, het welk egter geen regte ſchorſſe, maar veel meer een buit is, die men ligt aſſchrapen kan: Van binnen heeft het doorgaans de couleur van yzer-roet, zomtyds wat bruinder, zomtyds wat ligter, maar naaſt de kanten, inzonderheid daar het van de Zonne geraakt word, regt ſwart in de kuilen, en twee a drie vingers dik, maar aan de bloote wortelen niet veel dikker, als een mes, want het leid digt tegen het witte en groeiende hout aan. Het is verders hard, kort afbrekende, als glas, en zo vet, dat het rykelyk Oly uitſweet, als men het aan het vuur hout, waar aan het ook ligt brand, en de vlamme houd, als een kaarze. Als men het vers kapt, zo heeft het een zoeten, doch ſlapen reuk van Benjoin, die hem ook lang byblyft, als men 't geſlooten houdt. Anderzints geſchraapt, en op kolen gelegd, heeft 't een veel ſterkeren reuk uit Benjoin en gebrand broot gemengt, ja de onervaarne zouden het voor Benjoins reuk aanneemen, inzonderheid van het verſche hout, want dat men eenige jaren verwaart heeft, verliest veel van zyne lieflykheid. Zyn ſchraapzel rolt ſtraks, en kleeft aan malkander, als wormen, wegens zyne vettigheid, ontfangt ook licht de vlamme op koolen, en geeft een ſwaren dikken rook van zig, die de oogen wat binderlyk is, als men dien te veel maakt. Het werd niet licht alleen geroekt, maar altyd met *Unguis Odoratus*, of andere welriekende houten, welkers reuk het verſterkt, en langduuriger maakt. Van ſmaak is het bitter in den mond, als Aloë, doch te gelyk na keeken ſmakende.

Dit hout heeft zo groote gelykeniſſe met het *Agallochum*, inzonderheid als men daar rare knoeften aan vind, en die wat geadert zyn, dat menze qualyk kan onderſcheiden van buiten aan te zien: Ja vele Apothekers hier in het land komende, verzeekden my, datze diergelyken hout

in Europa tanquam bonum *Agallochum* emisse ac vendidisse, uti & in hisce terris a Sinenfibus quoque ita præparatur, ut pro *Calambaco*, quod optimum est *Agallochum*, habeatur. Hinc sæpius cogitavi *Pandectarium Matthæum Sylvaticum*, quum scribit *Agallochum* adulterari cum *Chameleæ* ligno, hocce intellexisse lignum, licet a *Garzia* libr. 1. *Arom. cap. 16.* reprehendatur, quum in tota India nulla crescat *Chamelea*, quod forte verum est, *Pandectarius* autem audiens spurium istud *Agallochum* ex lactefcente provenire arbore, sine dubio judicavit, *Chameleam* esse, e contra *Garzias* nunquam satis bene hanc novit arborem, eo quod dicit ex ea odoratum posse colligi lignum, licet per plurimam Indiæ partem crescat; si itaque *Chameleam* quis nolit habere pro *Pseudo-Agallocho Pandectarii*, in ejus locum succedere potest aliud lactescens lignum, quod folia gerit *Oleæ* similia, & a nobis inter frutices libr. 6. descriptum est nomine *Ligulariæ lactææ*.

Notandum porro est spurium hocce *Agallochum* non in cunctis inveniri *Caju Matta Buta* arboribus, immo inter viginti vix in una reperitur arbore, quæ enim hoc gaudent ligno, in saxosis crescunt litoribus, & a longo tempore hinc inde fissæ, ac vicissim ab aqua marina irroratæ, & a sole iterum exsiccatae sunt: Si in talibus arboribus observantur quædam foveæ, in illis *Tæda* seu pinguia ista frusta deteguntur, si pulsatione explorentur, sonitumque præbeant durum: Prudentissime tum cortex circumjectus separandus est, ne a lacte talis homo inquinetur vel lædatur, ac dein frusta illa ex nigro fusca cædenda sunt, & ab adhærente albo ligno mox separanda, omne enim reliquum hujus arboris lignum est album, molle, lentum, & inutile, carbonibusque inpositum acerrimum & ingratum spirat odorem; in omnibus reliquis arboribus erectis ac soli nimum expositis, vel solo declivi locatis, aliisque fruticibus nimis intricatis ac quasi suffocatis pinguia hæc frusta non, vel corrupta occurrent, quæ etiam pereunt & exsiccantur, si apiculæ istæ nimis diu in illis nidulentur, quæ, uti videtur, plurimam exsugunt ac consumunt pinguedinem: Sic quoque inutile est omne tale lignum, quod a magnis istis inhabitatum est formicis, vel araneorum telis obductum est.

Pingue hocce lignum non eandem quoque habet substantiam vel colorem, ex maris enim arboribus multo magis fuscum est ac pinguius, immo quædam ejus frusta instar *Ebeni* ligni nigrescunt, ac instar vitri diffiliunt, nec cultrum admittunt. *Femina* vero magis rufescit, majoraque dat ramenta, quod raro etiam occurrit.

Altera insuper reperitur species ex rubro & luteo variegata, sæpeque tam lutea, acsi optimum esset *Sandalum*, striis longitudinalibus constans, atque hoc lignum in magnis colligitur frustis.

Garò Ternatenfè ex ruffo & cinereo mixtum est, aliquando penitus ruffum, tenuibus & intricatis constans venis, optimum referens *Agallochum*: Omnium odor vulgo idem est, sed Amboinenfè plerumque pinguissimum est ac *Benzoin æmulans*, Ternatenfè vero magis florum refert odorem: Citrina species gratum spirat odorem, si cruda sit, carbonibus vero inposita, meo quidem judicio, reliquis inferior est.

Ut bona porro a pravis dignoscantur frustis, depurata nempe si sint omnia, aquæ marinæ simul injice, supernatantia abjice, quæ fundum vero petunt, conservanda sunt, quum sint optima, quæque una alterave vice aquæ iterum marinæ inmergi possunt, ac Soli semper exsiccanda, quo corriguntur, post quatuor vero vel quinque annos hoc lignum multum de grato suo perdit odore, unde & incolæ non diu illud conservant, sed si in usum illud advocare velint, semper recens ex arbore petunt, vetusta vero frusta renovari quasi possunt, si aquæ inmergantur marinæ.

Anni tempus. Hæc arbor sæpius in anno floret: Ordinarium vero ejus tempus est Januario & Februario mense, quum femina suos quoque profert fructus, qui usque in Majum arbori inhærent, quando simul plurimam vetustorum foliorum partem dejicit hæc arbor, nova regenerat, & Julos emittit, qui in mare non ultra menssem perdurant, ejus radices latissime pro-

in Europa voor goet *Agallochum* gekogt, en verkogt badden, gelyk het ook nog hier te lande van de Sineezen zodanig geprepareert word, dat het voor *Calambacq* (zynde het beste *Agallochum*) passeert. Hierom heb ik dikwils gedacht, dat den *Pandectarius Matthæus Sylvaticus* schryvende, dat het *Agallochum* vervalst word met het hout van *Chamelea*, van dit hout moet verstaan worden, hoewel hy van *Garzias* Lib. 1. *Aromat. Cap. 16.* daar over berispt word, uit reeden, dat 'er in geheel Indiën geen *Chamelea* wasse, het welk waar kan zyn, maar *Pandectarius* boorende, dat het valsche *Agel-hout* van een melk-boom kome, heeft buiten twyffel geoordeelt, dat het een *Chamelea* moest zyn, daar en tegen heeft *Garzias* dezen melk-boom noit ter degen gekent, dat men daar een welriekend hout van hebben kan, hoewel by meest door gansch Oost-Indiën wast; wil men dan de *Chamelea* niet aanneemen voor het *Pseudo-Agallochum* van *Pandectarius*, zo kan men daar voor stellen een ander melk-hout, het welk bladeren heeft, die van den *Olyf-boom* wat gelykende, en van ons onder de struiken lib. 6. met den naam van *Ligularia Lactea* beschreeven is.

Nu staat verder te weten, dat men dit bastaart *Agel-hout* niet aan alle boomen van *Caju Matta Buta* vind, ja onder twintig pas aan eenen, want die het hebben, moeten op steenige stranden staan, voor over hangen, hier en daar geborsten zyn, met beurten van het Zeewater bespat, en dan wederom van de Zonne gedroogt worden. Als men dan aan dezelve eenige kuilen ziet, daar zal men de voorschreeve *Tædas* of vette stukken vinden, die men met daar op te kloppen aan den klank bekenmen kan, als zy hardachtig klinken. Men moet als dan zeer voorzigtig den omleggende bast afschillen, dat men van de melk niet geraakt en worde, de swart-bruine stukken uitkappen, en voorts van het aanklevende witte hout ter degen zuiveren, want al het resterende hout van dezen boom is wit, zagt, tai, en ondeugent, en geeft op de koolen een zeer scherpen en onliefflyken reuk van zig, aan alle andere boomen, die opgeregt, en al te vlak ter Zonne staan, of op een slikkerigen grond, en onder andere ruigte te zeer bedomt, zal men deze vette klompen niet, of ondeugent vinden. Zo bederven dezelve ook, en werden uitgedroogt, als de voornoemde beitsjes te lange daar in buishouden, die zo het schynt de meeste vettigheid daar uit zuigen. Zo deugt ook niet al het gene, daar de hollen by groote mieren bewoont, of met spinnerakken bedekt zyn.

Dit vette hout is ook niet van eenderlei substantie of couleur, want dat uit de mannekens boomen is veel bruinder en vetter, zommige stukken zo swart, als *Ebben-hout*, kort afbreekende, als glas, en geen mes lydende. Dat van het wyfken roffer en splintiger, het welk men ook weinig vind.

Nog heeft men een zoorte, die uit root en geel gemengt is, zomtyds zo geel, als het beste *Zandel-hout*, met strepen in de lengte, het welk men met groote stukken vind.

Het Ternataansche *Garò* is uit den rossen en graauwen gemengt, zomtyds geheel ros, met fyne en verwerde aderen, het beste *Agel-hout* nabootzende. Den reuk van allen is meest een, aan het Amboinsche is hy wel den vesten, en na *Benjoin* trekkende, het Ternataansche meer na bloemen. De geele zoort ruikt lieflyk, alsze raauw is, maar op koolen, mynes oordeels, wyktze de andere.

Om nu de goede stukjes van de quade te onderscheiden, alsze schoon gemaakt zyn, zo snydse al te zamen in Zeewater, die dryven, laat varen, en die zinken, bewaart, want die zyn de beste, die men nog een rys of twee in Zout-water kan doopen, en telkens in de Zonne droogen, waar doorze verbeterd worden, na vier of vyf jaren verliest dit hout veel van zyn lieflykheid, daarom het de Inlanders niet lang en bewaaren, maar het zelve willende gebruiken, telkens vers van den boom baalen, doch kan men de oude stukken wat ververschen, als menze in Zeewater dompelt.

Saysoen. Dezen boom bloeit meermalen in 't jaar: zyn ordinaris tyd is in Januury en February, wanneer het Wyfken ook zyne vruchten voortbrengt, die tot May aan den boom hangen, wanneer hy met een bet meeste deel der oude bladeren afwerpt, jonge gewind, en nieuwe katten voortbrengt, die in het manneken niet boven een maand duuren. De wortelen verspreiden bun zeer wyd

proserpunt incurvæ & nodosæ admodum, immo sæpius in litore denudatæ saxoso, in quibus simul illud nigrum detegitur odoratum lignum talibus in locis, quæ cortice denudata sunt. Non tantum in figuris exhibui folia, flores, & fructus tam maris quam feminae, sed peculiari in charta, qua ratione tota arbor incurvo trunco plurimis Polypodii Filicum &c. speciebus concreta occurrat in saxoso litore Keytetto in Hitoes ora.

Nomen. Latine *Arbor excæcans*. Belgice *Melk-bout* & *Blint-bout*, quod derivatum ita est a plurimis Indicis denominationibus, uti in Malaica *Caju Matta Buta*. Baleyæ *Caju Coëda* & *Capal*. Ternatensi *Garō-Matta Buta*, quod proprie pingue est lignum, quod ex hac colligitur arbore. Macassarice *Sambuta*. Amboinice *Matta Huri* & *Matta Huli*. In Boero *Maccasfuta*. In Ceramæ ora Boreali *Maccabita* & *Babuta*.

Tæda seu pinguia ista frusta, quæ ex hoc eliguntur ligno, & pro *Agallocho* spurio habentur, vocantur *Garō-Laut* & *Garō-Matta Buta*, quibusdam *Garō-Boaya* h. e. *Caaymans-bout*, ex rugosa ejus pelle seu cortice, quo obducitur plerumque, in Banda vocantur *Garō tay aros*, quum sæpius in litore inveniuntur, aliis mixta & projecta ejectionibus: Forte idem est, quod in Baleyæ *Meningan* seu *Menongan* vocatur, quod supra libr. 2. cap. 12. sub *Agallocho* secundario commemoravimus, ac pro uno eodemque cum *Madjagahu* habebamus, dein autem intellexi *Menongan* pingue esse lignum, ex quo spissum elici ac fundi potest oleum, hinc puto, magis accedere ad *Caju Matta Buta*, eoque magis, quum recens sibi invicem contritum hoc lignum notabilem spiret Benzoini odorem, Malaice *Minjaan* vocati.

Locus. Arbor hæc maxime nota est in omnibus aquosæ Indiæ insulis, non tamen in omnibus litoribus, sed solummodo, uti dictum fuit, in ficcis & saxosis, vel quæ cum lapillis vel arena mixta sunt, ac semper in litore haud procul a fluminum majorum terminis. Ulterius in ipsa reperitur regione seu terra, sed ibi ope humana plantata, quum ex ejus ligno aliquando sæpes construunt, eo quod facile excresecat, sed *Garō* in hac non est investigandum.

Quum litora majorum insularum, uti ab una parte Sumatræ, Javæ, & Borneo, sint cœnosa, hinc arbor ibi non reperitur vel raro, ac potissimum inter *Mangi* in continenti terra, & ad solidiores majorum fluminum ripas. Majori copia occurrit in orientalibus insulis, quæ saxosis plerumque gaudent litoribus, uti in Amboina, Hitoes ora, in Ceram, ac tota Hoemohel regione, ac porro in boreali ora circa vetus Lissa-Batta; In Ternata plurimum occurrit in insula Mothir, & in magna ejus insula Gelolo, juxta totum Hallemaheræ tractum, estque porro in Papoensibus insulis nota, uti & in illis ad Eurum sitis: Quod autem crescit in finibus placidis seu paludosis locis, non multum participat, aut præbet hujusmodi pingue lignum, atque suffimigio ineptum est.

van den boom, lopende zeer krom en knobbelachtig, en bloot op den steenigen strand, daar men dan mede het sware reuk-bout vind, op zodanige plekken, daar geen schorsje is. Ik heb niet alleen in de figuren vertoond de bladeren, bloeizel, en vruchten, zo van het Manneken, als van het Wyfken, maar ook op een byzonder blad een gebeelen boom, zo als hy met zyn krommen stam en veele soorten van Filix, Polypodium &c. bewaassen te zien is, op een steenigen strand van Keytetto, op de kust van Hitoe.

Naam. In 't Latyn *Arbor Excæcans*. In 't Duits *Melk-hout*, en *Blint-hout*, zynde geformeert meest na alle de Indiaansche namen, als in 't Maleys *Caju Matta Buta*. Op *Maleys* *Caju Coeda* en *Capal*. Op Ternats *Garō-Matta Buta*, het welk eigentlijk het vette bout is, dat 'er van komt. Op *Macassers* *Sambuta*. Op *Amboins* *Matta Huri* en *Matta Huli*. Op *Boero* *Maccasfuta*. Op *Cerams* noort-kuste *Maccabita* en *Babuta*.

De Tæda of vette stukken, die van dit hout komen, en voor bastaart *Agel-bout* dienen, werden genaamt *Garō-Laut* en *Garō-Matta Buta*, by sommige *Garō-Boaya*, dat is, *Caaimans hout*, van de ruige buit, waar mede het gemeenelyk is bedekt, in Banda *Garō tay aros*, om dat men het dikwils op strand vind, onder andere ruigte opgeworpen. Misschien is het 't zelfste, 't welk wy op Baley *Meningan* of *Menongan*, het welk wy boven lib. 2. cap. 12. onder het *Agallochum Secundarium* aangeroert hebben, en voor een en het zelfde met *Madjagahu* hielden, maar naderhandt verstaande, dat *Menongan* een vet hout zy, waar uit men een dikke *Olysmelten* kan, zo gisse ik, dat het nader met dit *Caju Matta Buta* overeenkomt, te meer also het vers tegens malkander gewreeven, merkelyk den reuk heeft van Benjoin, in 't Maleys *Minjaan* genaamt.

Plaats. Dezen boom is veel bekend in alle Eilanden van Water-Indiën, doch niet op allerlei stranden, maar alleenlyk, als gezegt, op drooge en steenige, of die met steentjes en zand gemengt zyn, en dat altyd op strand, niet verre daar van af, aan de uitgangen van groote rivieren. Men vind hem ook wel dieper in het land, maar meest aldaar door menschen geplant; die daar zomtyds Thuin-staken van maken, dewelke ligt uitschieten, maar het *Garō* behoeft men daar aan niet te zoeken.

Derwyle nu de stranden van de groote Eilanden, gelyk aan de eene zyde hebben Sumatra, Java, en Borneo, moerassig en sliktig zyn, zo vind men dezen boom aldaar niet, of weinig, en dat onder de *Mangi* Mangis op het vaste land, en aan de harde kanten van de groote rivieren. In meerder quantiteit vind men hem in deze Oosterse Eilanden, die meest steenige stranden hebben, als in Amboina, de kust van Hitoe, op Ceram, en het gebeele Landschap Hoemohel, en voorts op de Noort-kust omtrent oud Lissa-Batta, in Ternaten heeft men hem meest op het Eiland Mothir, en op het groote Eiland Gelolo, langs de gebeele kust van Hallemahera, en voorts door de Papoeze en Zuid-Ooster Eilanden overal bekend. Het geene in stille bogten of moerassige plaatsen staat, heeft niet veel van dat vette hout, en is tot reukwerk onbequaam.

Tabula Septuagesima Nona

Ramum exhibet arboris excæcantis maris, seu *Caju Matta Buta*, Lacki Lacki, uti ab incolis vocatur.

Tabula Octogesima

Ramum exhibet Arboris excæcantis feminae, seu *Caju Matta Buta*, Parampuan.

OBSERVATIO.

Hæ Arbores in *Valent. Amboinae descript.* pag. 217. itidem commemorantur & in *Tabula* sub numeris XLVII & XLVIII. exhibentur; de hoc porro Ligno vide *Misc. Acad. nat. curios. dec. III. ann. 3. obs. 22.* & *Valent. Mantiss. Exotic. pag. 592.*

De negen-en-seventigste Plaat

Vertoont een Tak van de Boom der blinde ooggen het mannetje ofte *Caju Matta*, Buta-boom, zo alsze van de Inlanders genaamt werd.

De tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van de boom der blinde ooggen het wyfje, ofte de *Caju Matta Buta*, Parampuan.

AANMERKING.

Deze boomen komen mede voor by *Valent. pag. 217.* en werden op de Plaat onder No. XLVII en XLVIII verbeeld. Over dit hout zie verders de *Misc. Acad. nat. curios. dec. III. ann. 3. obs. 22.* en *Valent. Mantiss. Exotic. pag. 592.*





